



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Sententia ij. Psal. xxi. Foderunt manus meas, & pedes meos. Ivij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

Foderunt manus meas, & pedes meos; dinumerauerunt omnia ossa mea.

PARACLESIS.

CAPVT

LVIII.

Bernard. ser.
51. super
Cantica.

Esa. 53.

Gen. 4.

Psal. 21.

Ioan. 19.

Deut. 31.

Psal. 33.

Luc. 1.

ET reuera ubi tuta firmaque infirmis securitas & requies, nisi in vulneribus Saluatoris? Tanto illa securior habito, quanto ille potentior est ad saluandum. Eremit mundus, premit corpus, diabolus insidiat: non cado, fundatus enim sum supra firmam petram. Peccaui peccatum grande, turbatur conscientia: sed non perturbabitur: quoniam vulnere Domini recordabor. Nempe vulneratus est propter iniquitates nostras. Quid tam ad mortem, quod non Christi morte soluitur? Si ergo in mentem venerit tam potens tamque efficacax medicamentum: nulla iam possum malignitate terri. Et ideo liquet errasse eum, qui ait: Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear: nisi quod non erat de membris Christi, & non pertinebat ad eum de Christi merito, ut suum præsumeret, suum diceret, quod illius esset: tanquam verum capitis membrum. Ego vero confidenter dico: quod ex me mihi deest, usurpo mihi ex visceribus Domini: quoniam misericordia affluunt: nec desunt foramina, per qua effluant. Foderunt manus eius & pedes, latiusque lancea forauerunt: & per harum rimas licet mihi sugere mel de petra, oleumque de saxo durissimo: id est, gustare & videre quoniam suavis est Dominus. Patent viscera misericordia Dei nostri: in quibus visitauit nos Oriens ex alto. Quid ni viscera per vulnera pateant? In quo enim clarius, quam in vulneribus tuis eluxisset, quod tu Dñe suavis es & mitis, & multa misericordia? Maiorem enim miserationem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro ad-

dicū

illis morti & damnatis. Meum proinde Meritum
 Misericordiam Domini. Non planè sum meriti inops: quan-
 tu ille miserationum non fuerit. Quod si misericordia
 Domini multa: multus nihilominus ego in meritis sum.
 Quid enim si multorum sim mihi conscius delictorum?
 Nempe ubi abundavit delictum, superabundavit &
 gratia. Et si misericordia Domini ab aeterno usque in
 aeternum: ego quoque misericordias Domine in aeternum
 contabo. Nunquid iustitias meas? Domini memorabor
 iustitia tue solius: ipsa enim est & mea. Nempe factus
 est mihi tu iustitia a Deo. Nunquid mihi verendum, ne
 non una ambobus sufficiat? Non est palliū breue, quod
 secundum Prophetam non posse operire duos. Iustitia
 tua, iustitia in aeternum. Quid longius aeternitate? Et te
 pariter & me operiet largiter larga & aeterna iustitia.
 Et in me quidem operit multitudinem peccatorum: in
 te autem Domine, quid, nisi pietatis thesauros, diuitias
 bonitatis? Hæc in foraminibus petra reposita mihi.

Thren. 3.

Rom. 5.
 Psal. 102. 88.
 Psal. 70.
 1. Cor. 1.
 Esa. 28.
 Psal. 118.

SENTENTIA III, Roman. 3.

Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei: iustificati
 gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ
 est in Christo Iesu, quem proposuit Deus Propi-
 tiatorem per fidem in sanguine ipsius.

PARACLESIS.

Gratis nos iustificatos dicit Apostolus: hoc est, sine
 ullis operum meritis, per gratuitam Dei bonita-
 tem: per redemptionem, quæ facta est per Iesum Chri-
 stum. Redemptionem autem eam intellige, quæ proprie
 est captiui, per soluto pro capite eius pretio: Gen. 44.
 Magna autem constitit Christo hac nostra iusti-
 ficatio: nimirum pretio Sanguinis sui. Verum si pretio,
 quomodo ergo gratis? Hactenus gratuita Dei bonitate:
 R 5 quia

CAP. LIX.
 Ada. Sab-
 bout. in
 Epist. ad
 Roman.